

catio in dicta Capella foret nota, non praesentaremus liberè / actu Presbyterum, ac idoneum, ut praescribitur, et tunc lapso / hujusmodi mense ob nostram, seu cujuslibet, et successorum / nostrorum Dominorum in v a d u z negligentiam Capitulum Ecclesiae / Curiensis habeat tunc illa vice duntaxat ad hujusmodi altare / et praebendam actu Presbyterum, et idoneum, ut praemittitur, / liberè Praeposito Praesentare; quòd si dictum Capitulum in / Praesentando sic huiusmodi idoneum actu Prebyterum ne-/gligens fuerit per mensem, per dictum mensem immediaté se-/quentem quòd ex tunc Jus praesentandi ad dictum Capitulum, ut / praemittitur, illa vice devolutum ad nos, nostrósque haeredes, seu / successores Dominos in v a d u z ipso jure revolvatur; volumus etiam / quòd hujusmodi devolutio, et revolutio ob negligentias huius-/modi sic locum habeat ex nunc, et in aevum, quòdque quilibet / Capellanus ad nostram, seu successorum nostrorum Dominorum / in v a d u z praesentationem ad altare, et Praebendam praedictam / institutus, seu, ut praemittitur. investitus cum<sup>10</sup> dicto Domino / Henrico Vend Capellano primi Altaris Capellae ejusdem, et suis / in dicta Capellania successoribus universis percipiat communiter / et peraequis portionibus oblationes spirituales, et universa / ad hujusmodi altaria à Christi fidelibus pro, et in divinis officijs / inibi celebrandis offerenda, et in antea quomodolibet praesentanda<sup>10</sup>. volumus tamen, quòd si quis, et si qui subditorum Ecclesia-/rum in Schaan, et Trisen aliarúmque Ecclesiarum Parochia-/lium quarumcunque suam, seu suas sepulturas Ecclesiasticas / inibi, seu in dictâ Capella S: Florini elegerint, quòd oblationes, / quae fiunt in exequijs eorundem eligentium dividantur inter / Plebanum, seu Plebanos, Cuius, vel quorum dictus eligens<sup>11</sup> / aut eligentes subditi fuerunt, in hunc scilicèt modum, quòd Plebano, cujus / subditus extitit, dentur duae partes earundem oblationum, et remedia / integraliter, Capellanis verò praedictae Capellae detur 3.<sup>tia</sup> pars dictarum oblationum, et illa tertia pars dividatur aequa portione / inter ipsos Capellanos. oblationes autem, quae fiunt per Nos / D: Henricum Comitem, nostros haeredes, et successores, ac per omnes / et singulos familiares, et domesticos nostros quocùnque tempore / etiam in exequijs in toto cedere debeant Capellanis supra dictis, / et illae dividantur inter eos, ut praefatur. quas condiciones, et /